

gentes inquirunt; scit enim pater ur̄. quia his omnib; indigetis; Quae rite ergo primum regnum dei & iustitiam eius. & haec omnia adicientur uobis; nolite ergo solliciti esse in crastinum. crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi; sufficit diei malitia sua;

NOLITE IUDICARE UT NON IUDICEMINI.

in quo enim iudicio iudicaueritis. iudicabimini; & in qua mensura mensi fueritis. remeietur uob; **Q**uid autem uidet festucam in oculo fratris tui. & trabem in oculo tuo non uidet. Aut quo modo dicit fr̄ tuo. sine eiciam festucam de oculo tuo. & ecce trabis est in oculo tuo; Hypochritae. eice primum trabem de oculo tuo. & tunc uidebis eicere festucam de oculo fratris tui;

Nolite seminare canibus. neq; mittatis margaritas uisuras ante porcos; ne forte conculcent eas pedibus suis. & conuersi dirumpant uos; **P**etite. & dabitur uobis; quae rite. & inuenietis; pulsate. & aperietur uobis; Omnis enim qui petit accipit. & qui quaerit inuenit. & pulsata aperietur; Aut quis est ex uobis homo. quem si peccierit filius eius panem. numquid lapidem porriget ei. Aut si piscem peccierit. numquid serpente porriget ei. Si ergo uos cum sitis mali. nostis bona dare filiis uestris; quae tanto magis pater uester qui in caelis est. dabit bona peccentibus se; **O**mnia ergo quaecumq; uultis ut faciant uobis homines. & uos facite eis; haec est enim lex & prophetae; **I**ntrate per angustam portam. quia latae portae & spatiosa uiae quae ducunt ad perditionem. & multi sunt qui intrant per eam; quoniam angusta porta & stricta uiae quae ducit ad uitam. & pauci sunt qui inueniunt eam; **A**ttendite a falsis prophetis. qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. intra insecus carum sunt lupi rapaces; a fructibus eorum. cognoscetis eos; **N**umquid colligunt de spinis uinas. Aut de tribulis ficus. **S**ic omnis arbor bona. fructus

VI.
h. l.
h. l.
h. l.
h. l.

h. l.
h. l.
h. l.

h. l.
h. l.
h. l.

h. l.
h. l.
h. l.